In auditoribus oportet animam auditoris eſſe diſpoſitã et
preparatam ſicut terra anteq̃ nutriat ſemen. Oportet bonos
prouocare per virtutes ad premia. malos autẽ per penas in
ſanabiles totaliter exterminare.

¶ Autoritates ariſtotelis libri de fortuna bona.

In bonis exterioribus quorum fortuna eſt domina nõ
ↄtingit hominem eſſe felicem.
Ubi plurim⁹ intellect⁹ ꝛ rõ: ibi q̃nq̃ minima eſt fortuna
Ubi vero plurima fortuna: ibi minimus q̃nq̃ intellectus.
Deum dignificamus vt dominum exiſtentem vt dignis di-
ſtribuat bona ꝛ malis mala.
Deum veriſimile non eſt prauoꝝ curam habere
Appetitus naturalis naturaliter tendit ad bona.
Illi ſũt bñ fortunati q̃cũq̃ directe agũt ſine rõe: vt in plurib⁹
Quid eſt melius intellectu ꝛ ſcia niſi deus
Deus bene videt preſentia preterita ꝛ futura.
Bõa fortũa ẽ appetit⁹ naturał dat⁹ a dõ mouẽte totã naturã.

¶ Sequũtur autoritates libri yconomice ariſtotelis.

Ciuitas ẽ domoꝝ pluralitas p̃diis et poſſeſſiõib⁹ abun-
dans ad bñ viuẽdũ ordinata. Cõicatio viri ꝛ feĩe in aĩa-
lib⁹ irrõnabilib⁹ eſt ſolũ gr̃a ꝓlis ꝓcreãde. in hoĩbus vero nõ
ſolũ gratia illius: ſed etiam gratia alterius vtilitatis.
Que parẽtes potẽtes exñtes fecerũt filiis ĩpotentib⁹ iterũ re-
portant a potentib⁹ filiis parentes impotẽtes ꝛ ſenio ↄfecti.
Natura facit vnũ animalium ↄiugabilium forte ſcꝫ maſculũ
vt vlciſcatur pre fortitudine ſibi illata. aliud vero debile ſcꝫ fe-
minam vt magis ſe cuſtodiat pre timore
Uir nõ debet iniuriari femine vt femina nõ iniurietur ei. Iniu-
riari femine eſt virũ cũ extranea muliere coire. ſed iniuriari vi-
ro feĩam eſt feminã coire cũ extraneo viro ſ͛m Eſiodũ poetaꝫ
virũ oportet. i. expetit viro puellam ducere in vxorem vt do-
ceat eam bonos mores: quia iuuẽcula eſt flexibilior vidua
Diſſilitudines moꝝ inter viꝝ ꝛ mulierẽ nequaq̃ ſunt amãde
Due ſunt ſpẽs ſeruoꝝ. ſcꝫ ꝓcurator ꝛ opator. Oportet ſeruis
tria dare. opa: ꝛ penam. i. diſciplinã: ꝛ victũ ſufficientem. qꝛ ſi-
ne mercede impoſſibile eſt operari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Victus autem eſt merces ſeruorum qui tamen ſine alijs duobus facit ſeruum proteruum

Nemo aliorum bona et propria ſimiliter curat et equaliter.

Quidam interrogatus quid magis impugnat equum. reſpõdit oculus domini. Alius interrogat⁹ quale ſtercus optimũ ad pinguandum agrum. reſpondit veſtigia domini

Impoſſibile eſt negligentibus dñis ſeruos eſſe ſolicitos

Nunq̃ꝫ oportet dñm eſſe ſine cuſtodia: ſic nec ciuitatem

Surgere de nocte ad ſanitatem: ad philoſophiam: ꝛ ad bonam diſpoſitionem vtile eſt

Nec queſtus veſtimentoꝝ: nec forma: nec multitudo auri tãta eſt ad mulieris virtutem: quanta eſt modeſtia in quolibet opere ꝛ deſiderium honeſte ꝛ compoſite vite

Quãto q̃s diligenti⁹ obſequit̃: tãto maiorẽ gratiã obtinebit.

Niſi parentes pueris exemplum probitatis vite dederint incuſabilem adinuicem poſſunt habere cauſam

Si mulier cognouit virum ſibi iuſtum ac fidelez eſſe ipſa etiam circa ipſum iuſta ꝛ fidelis erit

Multo grauius aliquis fert ſi honore priuetur q̃ꝫ ſi om̃ia bona ſua auferantur

Non debet homo ſane mẽtis vbicunq̃ꝫ ꝛ ad quamlibet mulierem mittere ſemen ſuum

¶ Autoritates ſuper primum librum politicoꝝ ariſtotelis.

Homines ratione et intellectu vigentes: naturaliter aliorum domini ſunt ꝛ rectores

Natura non facit niſi vnum inſtrumentum ad vnum opus. et hoc pauperibus eſt pro ſeruo

Homo naturaliter eſt animal politicum et ciuile

Natura nihil facit fruſtra.

Nullum animal a natura habet rationem niſi homo.

Homini ſermonem natura dedit

Pars ſeparata a toto non remanet niſi equiuoce

Homo ſolitarius vel eſt deus vel beſtia

Sicut optimum animalium eſt homo fruens lege. ſic peſſimum animalium eſt homo a lege ꝛ iuſticia recedens

Seuiſſima iniuſticia habens arma ſcꝫ ſciendi